

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4818

Auteur(s) : Innocent IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Cîteaux (ordre)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1245, 5 octobre

Lieu d'émission : Lyon

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Innocent IV défend aux prélats, sous peine d'excommunication majeure, de lancer l'excommunication et l'interdit contre les domestiques, serviteurs, bienfaiteurs, meuniers, boulangers, vendeurs et acheteurs des religieux de l'ordre de Cîteaux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissey, 1862, n° CXL, p. 139-140.

Texte établi d'après a

Innocencius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbatii Cisterci ejusque abbatibus et conventibus universis, Cisterciens ordinis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte si quidem vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli ecclesiarum prelati vestris libertatibus invidentes, cum eis non liceat ex apostolice sedis induito in vos excommunicationis vel interdicti sentencias promulgare, in familiares, servientes et benefactores, ac illos qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis vestris ; quique vendendo seu emendo vel alias vobis communicant, sentencias proferunt memoratas ; sicque non vim et potestatem privilegiorum vestrorum sed sola verba servantes, vos quodam modo excommunicant dum vobis alios communicare non sinunt ; et ex hoc judicari videmini judicio Judeorum ; et qui vobis communicant in predictis illud evenit inconveniens, quod majore excommunicationem incurvant, quam excommunicatis communicando fuerant incurvati. Quare nobis humiliter supplicasti ut providere quieti vestre super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur, vestris supplicationibus inclinati, ne quis predictorum hujusmodi sentencias in fraudem privilegiorum apostolice sedis de cetero promulgare presumat, auctoritate presencium inhibemus, decernentes eas si per presumptionem cuiquam taliter promulgari contigerit, irritas et inanes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Lugduni, III nonas octobris, pontificatus nostri anno tercio.